

MiD3368

Sciant presentes & futuri quod ego Ricardus Calff' de Lughteburgh' dedi concessi & hac presenti carta mea confirmaui Johanni Brodie de Wymundewold' & heredibus suis siue assignatis unam culturam continentem unam acram et dimidiam terre cum pertinenciis in campo de Wymundewold' iacentem super le Woldhull' iuxta terram domini Ricardi de Willughby Habendum & tenendum predicto Johanni & heredibus suis siue assignatis de domino Capitali illius feodi per seruicium inde debitum et de iure consuetum inperpetuum Et ego predictus Ricardus & heredes mei predictam terram cum suis pertinenciis predicto Johanni & heredibus suis siue assignatis sicut predictum est contra omnes gentes Warantizabimus imperpetuum In cuius rei testimonium huic carte presenti sigillum meum apposui Hiis testibus Johanne le Clerk Galfrido de Alexton' Hugone Blankamy clerico Roberto de Burton' Johanne le Blound de Wymundewold' & aliis Datum apud Lughteburgh' die Jouis proxima post festum sancti Michaelis Archangeli Anno regni Regis Edwardi tercii a conquestu quinto
Seal in natural wax on tag.

MiD3364/1

Sciant presentes & futuri quod Ego Gilbertus filius Galfridi de Wileby dedi concessi & hac presenti carta confirmaui Willelmo filio Hugonis de eadem unum [sic] selionem apud Hirtildam Iacentem inter terram dicti Willelmi uersus boriem & terram Johannis filii Gunilde uersus austrum abuttantem super le littilgate est an west into Wymundeuuold broc Tenendum & habendum predicto Willelmo & heredibus suis uel assignatis libere quiete & hereditarie Reddendo Inde annuatim mihi & heredibus meis unum granum piperis ad festum beati michielis pro omnibus secularibus seruiciis consuetudinibus exactionibus secta qualibet Wardis releuiis Wapentakiis visus franciplegii hundredis & demandis omnibus que pro predicta terra cum pertinenciis a quocunque exigi poterint uel persolui ex quacunque causa Et ego predictus Gilbertus & heredes mei predictam terram cum pertinenciis predicto Willelmo filio Hugonis & heredibus suis uel assignatis quandocunque predictam terram cum pertinenciis pro predicto tamen unius grani piperis seruicio contra omnes gentes Warantizabimus adquietabimus & defendemus Pro ista autem donacione concessione & confirmacione predictus Willelmus dedit mihi undecim solidos sterlingorum pre manibus Et ut hec mea donacio concessio & confirmacio perpetuam optineat firmitatem presenti scripto sigillum meum apposui Hiis testibus Ricardo bugge Hugone filio Roberti Galfrido filio Juliane Johanne filio Andree Johanne filio Ade Roberto filio Hugonis Henrico filio Roberti Et aLiis
Large green seal on a tag

MM3365/2

Sciant presentes & futuri quod Ego Willelmus filius Willelmi fabri de Wymundewold & Isabella uxor mea dedimus concessimus & hac presenti carta nostra confirmauimus Rogero le Maffin de eadem villa unam acram prati in Waldo Iacentem ad Hosewong inter pratum dicti Rogeri & pratum Robertum [sic] de Clokescid Tenendum & habendum sibi & heredibus suis uel suis assignatis uel quicunque [sic] dare vendere Legare uel assignare uoluerit libere quiete bene pacifice in feodo & hereditate inperpetuum Reddendo Inde annuatim domino capitali feodi unum granum piperis ad Natale domini pro omnibus secularibus seruiciis Sectis Curiarum consuetudinibus Wardis releuiis & demandis uniuersis Nos uero dicti Willelmus & heredes & Isabella uxor mea & heredes nostri uel assignati predictam acram prati cum pertinenciis predicto Rogero & heredibus suis uel suis assignatis Sicut predictum est contra omnes Gentes Warantizabimus aquietabimus & defendemus inperpetuum In Cuius rei testimonium [damaged] apposuimus Hiis testibus Johanne de Neuile Simone de Jort Roberto blancamy Roberto de Barewik'

Ricardo Le sweyn Et multis Aliis Datum ad [damaged] die martis proxima post carnipriuium Anno Regni Regis Edwardi vicessimo primo

MM3365

Agreement (conuencio) betw John de Cuniggisburu of W and Richd s of Ralph Bugge – 3.5a in Waldis of W for term of 16 yrs from Martinmas 40 HIII to

Sciant omnes hoc scriptum visuri uel audituri quod hec est conuencio Inter Johannem de Cuniggisburu de Wymundewald ex una parte & Ricardum filium Radulphi bugge ex altera uidelicet quod dictus Johannes dimisit & concessit dicto Ricardo tres acras & dimidiam prati cum pertinenciis In Waldis de Wymundewold ad terminum sexdecim annorum termino Incipiente ad festum Sancti Martini anno regni regis Henrici filii regis Johannis quadragesimo usque ad finem sexdecim annorum proximo sequentem pro quadam firma annuatim quam firmam spectantem predictis sexdecim annis dictus Ricardus dicto Johanni In principio istius conuencionis plenarie premanibus pacauit quarum trium acrarum & dimidie una acra & tres Rode & dimidia Iacent super le cluiis in Waldis de Wymundewold & abbutant supra sindungclif' Iuxta pratum Johannis chedriith ex parte uersus solem & una acra & tres Rode & dimidia Iacent ibidem Iuxta pratum Roberti Norman ex parte uersus solem Habendum et tenendum dictum pratum cum pertinenciis dicto Ricardo & heredibus suis uel assignatis suis usque ad predictum terminum de Johanne & heredibus suis Libere quiete pacifice & Integre sine Inpedimento mei uel alicuius alterius Ita quod si dictus Ricardus uel heredes sui uel sui assignati aliquo tempore Inpediantur uel Inplacitentur per quod dictum pratum falcare & asportare a Libitum suum non poterunt predictus Johannes & heredes sui totum illud dampnum & grauamentum dicto Ricardo uel heredibus suis sine contradictione & difficultate statim resturabunt scilicet pro una dimidia marca ad opus vicecomiti leycestrie Infra predictum terminum Dictus uero Johannes & heredes suis [sic] totum predictum pratum cum pertinenciis sicut predictum est predicto Ricardo & heredibus suis uel assignatis suis usque ad predictum terminum contra omnes Gentes Warantizabunt acquietabunt & defendant ut hec autem concessio & dimissio usque ad predictum terminum Rata & stabilis permaneat [one word] affidauerunt & dictus Johannes huic scripto sigillum suum apposuit Hiis testibus Ricardo ryte Willelmo filio hugonis hugone filio Roberti Johanne le Machun de Wymundewald astino seruiente & aliis Seal in white wax on tag.

Cal Patent Rolls 3127-1336 p. 318 letters patent 1328 to permit Simon le Jorce of W to enfeoff Richard de Wylughby and his wife Isabel in a messuage and a carucate in W and Hoton. = MiD3365/1 = no initial E

MiD3366

Hec est finalis concordia facta in Curia domini Regis apud Ebor' a die sancti Martini in quindecim dies Anno regni regis Edwardi tercii a conquestu secundo coram Willelmo de Herle Henrico le Scrop' Johanne de Mutford Johanne de Stonore & Johanne dde Bouuser Justiciariis Inter Ricardum de Wylughby & Isabellam uxorem eius querentes & Simonem de Jorce de Wymundewold deforciantem de duobus mesuagiis uno crofto una carucata & sex bouatis terre & dimidia viginti & septem acris prati & tresdecim solidatis duabus denaratis & una obulata redditus cum pretinenciis in Wymundewold & Houton' Et postea apud Westmonasterium a die sancti Michaelis in quindecim dies Anno regni regis eiusdem Regis Edwardi quarto concessa & recordata coram Jophanne de Stonore & Johanne Trauers Justiciariis & aliis domini Regis fidelibus tunc ibidem presentibus Inter predictos Ricardum & Isabellam & Simonem de predictis tenementis cum pertinenciis Et unde placitum conuencionis sum'

inter eos in prefata Curia Scilicet quod predictus Simon recognouit predicta tenementa cum pertinenciis esse Ius ipsius Ricardi Et unum mesuagium predicta toftum carcatam & duas bouatas terre nouem acras prati & sex solidatas & unam obulatam redditus cum pertinenciis de predictis tenementis eisdem Ricardo & Isabelle reddidit in eadem Curia Habendum & tenendum eisdem Ricardo & Isabelle & heredibus ipsius Ricardi Scilicet predicta mesuagium & carucatam terre cum pertinenciis de domino Rege & heredibus suis & predicta toftum duas bouatas terre nouem acras prati & sex solidatas & unam obulatam redditus cum pertinenciis de Capitalibus dominis feodi illius per seruicia que ad illa tenementa pertinent imperpetuum Et preterea idem Simon concessit pro se & heredibus suis quod unum mesuagium & quatuor bouate terre & dimida & decem & octo acre prati & septem solidate & due denarate redditus cum pertinenciis que Edmundus de Boun & Matilldis uxor eius & Radulphus Grym tenuerunt ad terminum vite ipsius Matilldis ex dimissione predicti Simonis in predictis villis die quo hec concordia facta fuit ex quo post decessum ipsius Matilldis ad predictum Simonem & heredes suos debuerunt reuerti post decessum ipsius Matilldis integre remaneant predictis Ricardo & Isabelle & heredibus ipsius Ricardi Tenednum simul cum predictis tenementis que eis per finem istum remanent de Capitalibus dominis feodi illius per seruicia que ad illa tenementa pertinent imperpetuum Et predictus Simon & heredes sui Warantizabunt predictis Ricardo & Isabelle & heredibus ipsius Ricardi predicta tenements cum pertinenciis sicut predictum est contra omnes homines imperpetuum Et pro hac recognicione reddicione concessione Warantia fine & concordia iidem Ricardus & Isabella dederunt predicto Simoni Centum marcas argenti Et hec concordia quo ad predicta mesuagium & carucatam terre facta fuit per preceptum ipsius domini Regis

MiD3367 further exemplar of 3366

MM3369-3370 Two exemplars of a fine

Hec est finalis concordia facta in Curia domini Regis apud Westmonasterium in Octabis Sancti Hillarii anno regni Edwardi Regis Anglie tercii a conquestu tricesimo tercio & regni eiusdem Regis Francie vicesimo coram Roberto de Thorp' Henrico Grene Henrico de Motelowe Johanne Moubray & Willelmio de Skipwyth' Justiciariis & aliis domini Regis fidelibus ibi presentibus Inter Ricardum de Wylughby militem seniore querentem et Robertum Pert & Johannam uxorem eius & Walterum de Gotham * Matilldem uxorem eius deforciantes de uno mesugaio quinque toftis quateruiginti acris terre & tribus acris prati cum pertinenciis in Wymondwold Unde placitum conuencionis sum' fuit inter eos in eadem curia Scilicet quod predicti Robertus & Johanna & Walterus & Matilldis recognouerunt predicta tenementa cum pertinenciis esse Ius ipsius Ricardi ut illa que idem Ricardus habet de dono predictorum Roberti & Johanne & Walteri & Matilldis Habendum & Tenendum eidem Ricardo & heredibus suis de Capitalibus dominis feodi illius per seruicia que ad predicta tenementa pertinent imperpetuum Et preterea iidem Robertus & Johanna & Walterus & Matilldis concesserunt pro se & heredibus ipsarum Johanne & Matilldis quod ipsi Warantizabunt predicto Ricardo & heredibus suis predicta tenementa cum pertinenciis contra omnes homines imperpetuum Et pro hac recognicione Waranta fine & concordia idem Ricardus dedit predictis Roberto & Johanne & Waltero & Matilli Centum marcas argenti